



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XIX. Herzog Wartislaw von Pommern bekundet, ds Domstift Kamin habe die Pfarre zu Ziethen seinem Cappellan Heinrich Teuce conferirt, am 14. Juni 1318.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

hagen in Edificiis seu structuris ad conservacionem Castris Meferiz exposuerit, totum ei cum maiori summa reddemus, cum ipsum Castrum cum suis pertinentiis remeere voluerimus ab eodem, dummodo rationabiliter ostendere poterit et probare. Datum Everfwolde, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Sextodecimo, die beatorum Johannis et Pauli.

Wohlfried 1, 614.

XVIII. Markgraf Woldemar verzeiget der Stadt Arnswalde den Hof Blocksdorf, am 31. Januar 1318.

Nouerint vniuersi hanc literam visuri siue auditori, quod nos Woldemarus, dei gracia brandenburgensis et Lusacie Marchio, dedimus et per presentes donacione sincera donamus delectis nostris ciuibus de arneswalde presentibus et futuris necnon ciuitati villam Blockestorppe proprietatis titulo de iure ciuitateni perpetuis temporibus possidendam cum omnibus agris, pratis, lignis, pascuis, cum omni iure, fructu et vtilitatis commodo et cum omnibus limitibus et distinctionibus ad ipsam villam spectantibus ita, quod de ipsa possunt facere et disponere iuxta sue libitum voluntatis. Proinde dicti ciues nobis satisfecerant pro nostro arbitrio et voluntate. Renunciantes dicte proprietati eiusque omnibus iuribus que nobis aut nostris successoribus possent ex quacunque causa competere in futurum. Et ne circa premissa aliquod dubium oriatur hanc literam nostro Sigillo signatam dari iussimus super eo. Huius rei testes sunt nobilis vir Guntherus, comes de Keuernberg, Droyseko, Mathias de Bredowe, nostri milites, Euerardus, prepositus Stolpenfis, hermannus de Luchowe, nostri capellani, cum alijs fidedignis. Actum et datum Spandowe, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XVIII<sup>o</sup>., feria sexta ante purificationem sancte Marie proxima in nostra presencia.

Nach einer Mittheilung des Geh. Reg.-Rathes Hrn. von Kröcher.

XIX. Herzog Wartislaw von Pommern bekundet, das Domstift Kammin habe die Pfarre zu Zietzen seinem Cappellan Heinrich Teuce conferirt, am 14. Juni 1318.

Nos Wartislaus, Dei gracia Dux Slauorum et Cassubie, cum recognitione presencium ad singulorum noticiam tam presencium quam futurorum volumus peruenire, nichilominus protestantes, Quod honorabiles viri Reymarus, prepositus, Fredericus thesaurarius Capitulumque Caminense contulerunt vnanimi consensu et voluntate libera domino Hinrico, dicto Teuce, Capellano nostro, beneficium ecclesiasticum in Cziten propter Deum cum pensione annexa, videli-

cet quinquaginta marcarum Slaucialium denariorum, Quam quidem pensionem dictus dominus Henricus dictis dominis seu ecclesie Caminenfi annis singulis duobus in terminis presentabit, medietatem super festo pentecostes et aliam medietatem super festo Martini persoluendo, dubio quolibet procul moto. In hujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Camin nobis presentibus, anno domini millelmo tricentelimo decimo octauo, feria quarta post festum pentecostes.

Nach dem Kamminischen Copialbuche des Pommerischen Provinzial-Archives.

XX. Markgraf Ludwig befehlt die Bürger Prizzel in Neu-Landsberg mit zwei Theilen des Dorfes Weperitz, am 6. Mai 1325.

Nos Lodewicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie, Sacri Imperii Archicamerarius, recognoscimus per presentes, quod discretis Burgenfibus nostris de Nova Landisberg, videlicet Henningo, Conrado et Petro Prizzel eorumque legitimis heredibus contulimus per presentes debito pheidii titulo manu conjuncta conferimus duas partes Ville Werpezowe, possidendas cum uniuersis suis pertinencijs Scilicet agris, Lignis, Pratis, Aquis et Fructibus atque pascuis absque omni Seruicio, et decem et septem mansos dictarum duarum partium liberos a pecunia qualicumque. Arbitratus quoque est quidam dictus Holtebotel Seruitium unius Dextrarij in Bonis suis, que habet in villa Benz, loco illius Seruicij, quod prestare et facere de dicte Ville Werpezowe duabus partibus tenebatur. In cujus rei testimonium nostrum Sigillum presentibus est appensum. Testes quoque aderant Nobiles Viri et Domini Gualterus et Adolfus, Comites de Lindowe, Dominus Segerus, Prepositus Stendaliensis, Hermannus de Reder et Hermannus de Loffow, milites, cum alijs fidedignis. Datum quarthen per manum Hermanni de Luchowe, Anno Domini Millelmo tricentelimo uicesimo quinto, Die Sancti Johannis ante Portam.

Nach einer Copie in Bedmanns Nachlasse.

XXI. Die Gebrüder Johann und Dietrich von Brederlow versprechen dem Markgrafen Ludwig ihre Beste Derzhow offen zu halten, am 30. März 1326.

Nos Johannes miles, Thidericus famulus nostrique fratres, dicti de Brederlo, recognoscimus literas per presentes, quod nos nostrique heredes municionem nostram Dertschowe tenere debeamus apertam et patulam magnifico principi domino nostro karissimo domino Ludowico,